

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber tertius

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARVM
LIBER TERTIUS,
AD
ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.



U^m antea maximè nostra interesse arbitrabar, te esse nobiscum; tum verò, ut legi rogationem, intellexi, ad iter id, quod constitui, nihil mihi optatius cadere posse, quam ut tu me quamprimum consequare, ut, cum ex Italia profecti essemus, sive per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorumque præsidio uteremur; sive aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. quamobrem, te oro, des operam, ut me statim consequare. 2. facilius potes; quoniam de provincia Macedonia perlata lex est. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te *res ipsa loqueretur*.

CICERO ATTICO, S.

TENERIS nostri causa fuit, quòd non habebam locum, ubi pro meo jure diutius esse possem quam in fundum Sicæ; præsertim nondum rogatione correcta; & si mul intelligebam, ex eo loco 4 si te haberem, posse me 5 Brundisium referre; sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter 6 Autronium. nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos veneris, consilium totius rei capiemus. Iter esse molestum scio; sed tota caritas omnes molestias habet. Plura scribere non possum, ita sum animo percusso & abjecto. Cura ut valeas. Dat. vi. 7 Apr. in oris Luc.

CICERO ATTICO, S.

VTINA illum diem videam, cum tibi agam gratias, quòd me *vi vera cogisti*. adhuc quidem valde me poenitet. sed te oro, ut ad me Vibonem statim venias, quòd ego multis de causis converti iter meum. sed cò si veneris, diem toto itinere, ac fuga mea consilium capere poterò. si id non feceris, mirabor, sed confido te esse facturum.

CICERO ATTICO, S.

MISERIX nostræ potius velim, quam inconstantia tribuas, quòd à Vibone, quò te accessebamus, ubi

tò discessimus. 8 allata est enim nobis rogatio de pernicie mea; in qua, quòd 9 correctum esse audieramus, erat ejusmodi, ut mihi ultra quadraginta millia liceret esse. illo cum pervenire non liceret, statim iter Brundisium versus contuli ante diem rogationis; ne & Sicæ, apud quem eram, *periret*; & quòd Melitæ esse non licebat, nunc tu propera, ut nos consequare, si modò recipiemur, adhuc invitatur benignè. sed, quòd superest, timemus. me, mi Pomponi valde *pariter vivere*. qua in te apud me tu plurimum valuisti. Sed hæc coram. fac modò, ut venias.

CICERO ATTICO, S.

TERENTIA tibi & saxe, & maximas agit gratias. id est mihi gratissimum. ego vivo miserimus & maximo dolore conficior, ad te quid scribam, nescio. si enim es Romæ, jam me assequi non potes: sin es in via, cum eris me assequutus, coram agemus. quæ erunt agenda. tantum te oro, ut quoniam me ipsum semper amasti, ut in eodem amore sis. ego enim idem sum. INIMICI mei mea mihi, non me ipsum, ademerunt. Cura, ut valeas. Dat. 11X. Id. Apr. 11 Thurii.

CICERO ATTICO, S.

NON fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut Brundisii visurus essem: idque ad multa pertinuit, ut eis, & ut in Epiro confisteremus, & de reliquis rebus tuo consilio uteremur, quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum *malorum*, nobis iter est in Asiam: 12 maximè Cyzæcum, meos tibi commendo, me vix misereque sustento. Dat. XIV. Kal. Mai. 13 De Tarentino.

CICERO ATTICO, S.

BRUNDISIUM veni 14 A. D. XIV. Kal. Mai. eo die pueri tui mihi à te litteras reddiderunt: & alii pueri post diem tertium ejus diei alias litteras attulerunt. Quòd me rogas, & hortaris: ut apud te in Epiro sim, voluntas tua mihi valde grata est, & minime nova: 15 sed & consilium mihi quidem optatum, si liceret tibi omne tempus consumere. odi enim *celebritatem*; fugio homines; lucem aspiciere vix possum. esset mihi ista solitudo, præsertim

Cum antea.] Hic est omnium mss. ordo. Manut. illum immutavit, & hunc sequutus Lamb. in editione sua.
1. Facilius poter.] Un. ex duobus mss. Pal. *quanta estis parte*.
2. In fundum.] Ita Bessar. liber. vulg. in fundis.
3. Si te haberem.] Bessar.] *liber se iter habere*.
4. Brundisium referre.] Propriè modum Mal. assentitur Lamb. qui hic non Brundisium, sed Rutredum legit.
5. Autronium.] Vulg. Autronium & ep. 7. Autronius.
6. Apr. in oris Luc.] Hæc lectio partim conj. Cura, partim mss. autoritate nititur Dec. habebat, Apr. in oris Luc. Crat. & Hiralt. Apr. Nava

Luc. vulg. Nava, vel Naryci, vel Naryci. *Levridis* quòd Corradus improbens reponebat, Thuriis Lucan. ac qui ferè assentitur Lamb.
7. Allata est enim nobis.] Postrema vox abest à vulg.
8. Correctum.] Hæc est & lectio Dec. & conj. Cura. Ma.
9. Ut eodem amore.] Ut abest à vulg.
10. Thurii.] Bessar. liber. Thauri.
11. Maximè Cyzæcum.] Ex mss. Pal. sive vocem, *maximè*, delet Ireni.
12. De Tarentino.] Vulg. Tarenti.
13. A. D. XIV. Kal. Mai.] Ita mss. Bos. ut & Bessar. liber.
14. Sed & consilium.] Sed non habetur in vulg.

tam familiari loco, non amara. & sic, itineris causa, ut devorterem, primum est devium; deinde ab Autronio, & ceteris quattidui; deinde sine te, nam castellum munitum habitanti, mihi prodesset; transeunti, non est necessarium, quod si auderem, 2 Athenas peterem: sanè ita cadebat, ut vellem. nunc & nostri hostes ibi sunt; & te non habemus, & veremur, ne interpretentur, illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse: nec scribis, quam ad diem te expectemus. Quod me ad vitam vocas, unum efficit, ut à me manus abstineam; alterum non potes, ut me non nostri 3 consilii vitæque peniteat, quid enim est, quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentis profiquebatur? non faciam, ut enumerem miseras omnes, in quas incidi per summam injuriam, & scelus non tam inimicorum meorum, quam invidorum, ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem. 4 hoc affisimo, neminem umquam tanta calamitate esse affectum; nemini mortem magis optandam fuisse: cujus oppetendæ tempus honestissimum prætermisum est. reliqua tempora 5 non sunt jam ad medicinam, sed ad finem doloris. De Rep. video te colligere omnia, quæ putes aliquam spem mihi posse adferre mutandarum rerum: quæ quamquam exigua sunt; tamen, quoniam placet, expectemus. Tu nihilo minus, si properaris, nos consequere; nam aut accedemus in Epirum; aut tardè per Candaviam ibimus. Dubitationem autem de Epiro non inconstantia nostra affererat, sed quod de fratre, ubi eum visuri essemus, nesciebamus, quem quidem ego nec quo modo visurus, nec ubi dimissurus sim, scio. id est maximum & miserissimum mearum omnium miserationum. Ego & sæpius ad te, & plura scriberem, nisi mihi dolor meus cum omnis partem mentis, tum maxime hujus generis facultatem ad emisset. Videre te cupio. Cura ut valeas. Dat. prid. Kal. Maj. 6 Brundisii.

CICERO ATTICO, S.

BRUNDISII proficiscens scripseram ad te, quas ob causas in Epirum non essemus profecti; quod & Achaja prope esset plena audacissimorum inimicorum, & exitus difficilis haberet, cum inde proficisceremur, accessit, cum Dyrrachii essemus, ut duo nuntii afferrentur; unus, classe fratrem Epheso Athenas; alter, pedibus per Macedoniam venire, itaque illi obviam misimus Athenas, ut inde Thessalonicam veniret. ipsi processimus, & Thessalonicam A. D. Kalend. Jun. venimus; neque de illius itinere quicquam certi habebamus, nisi cum ab Epheso ante aliquanto profectum, nunc, istic quid agatur, 7 magno opere timeo, quamquam tu altera epistola scribis Id. Maj. 8 audiri, fore, ut acris postularetur; altera, jam esse mitiora. 9 sed hæc est pridie data, quam illa: quo conturbor magis. itaque, cum meus mœrorem quotidianus laecerat & conficit, tum verò hæc addita cura vis mihi vitam reliquam facit, sed & navigatio perdifficilis fuit: & ille incertus, ubi ego essem, fortasse alium curium petivit, nam 10 Phæro libertus eum non vidit; vento rejectus ab illo in Macedoniam, Pellæ mihi præsto fuit, reliqua quam

mibi timenda sint, video, nec, quid scribam, habeo, & omnia times: nec tam miserum est quicquam, quod non in nostram fortunam cadere videatur, equidem adhuc miser in maximis meis ærumnis & luctibus, hoc metu adjecto, maneo Thessalonicæ suspensus, nec audeo quicquam. Nunc ad ea, quæ scripsisti. 11 Tryphonem Cæciliam non vidi. Sermonem tuum, & Pompeji cognovi ex tuis litteris. Motum in Repub. 12 non tantum ego impendere video, quantum tu aut vides, aut ad me consolandum affers. Tigrane enim neglecto, sublata sunt omnia, Varroni me jubes agere gratias: faciam: item Hypsæo. Quod suades, ne longius discedamus, dum acta mensis Maji ad nos perferantur: puto me ita esse facturum; sed ubi, nondum statui, atque ita perturbato sum animo de Quinto, ut nihil queam statuere, sed tamen statim te faciam certiore. Ex epistolarum mearum inconstantia puto te mentis meæ motum videre; qui, etsi incredibili & singulari calamitate afflictus sum, tamen non tam est miseria, quam ex culpa nostra recordatione, commotus. Cujus enim scelere impulsus, ac proditi sumus, jam profecto vides; atque utinam jam ante vidisses; neque totum animum tuum mœrore mecum simul dedisses. quare, cum me afflictum, & confectum luctu audies, existimato me stultitia mea poenam ferre gravius, quam eventis; quod ei crediderim, quem esse nefarium non 13 putarim. Me & meorum malorum memoria, & metus de fratre in scribendo impedit, tu ista omnia vide & gubernas. Terentia tibi maximas gratias agit. Litterarum exemplum, quas ad Pompejum scripsi, misi tibi. Dat. xv. 14 KAL. Jun. Thessalonicæ.

CICERO ATTICO, S.

QUINTVS frater cum ex Asia discessisset ante Kal. Maj. & Athenas venisset Idib. valde fuit ei properandum, ne quid absens acciperet calamitatis, si quis fortè fuisset, qui contentus nostris malis non esset. itaque eum malui properare Romam, quam ad me venire: & simul (dicam enim, quod verum est; ex quo magnitudinem miserationum mearum perspiciere possis) animum inducere non potui, ut aut illum, amantissimum mei, mollissimo animo, tanto in mœrore aspirorem; aut meas miseras, luctu addictas & perditam fortunam, illi offerren; aut ab illo aspiere paterer, atque etiam illud timebam, quod profectio accidisset, ne à me digredi non posset, versabatur mihi tempus illud ante oculos, cum ille aut hictores dimitteret, aut vi 15 avelleretur ex complexu meo. hujus acerbitatis eventum altera acerbitate non videndi fratris vitavi, in hunc me casum vos, vivendi auctores, impulsistis. itaque mei peccati luo pœnas, quamquam me tuæ litteræ sustentant: ex quibus, quantum tu ipse speres, facile perspicio, quæ quidem tamen aliquid habebant solatii ante, quam ego venisti, 16 A POMPEJO NUNC HORTENSIVM ALLICE, ET EIVSMODI VIROS, obsecro, mi Pomponi, nondum perspicias, quorum opera, quorum insidiis, quorum scelere perierimus? 17 sed tecum hæc coram agemus. tantum dico, quod scire te puto, non inimici, sed invidi perdidimus, nunc, si ita sunt, quæ

Hhh 5

speras,

1. Sic, inveni causam dixerem. Vulg. sed ita, c. ut dixerem.

2. Achinas peterem. Peterem habet Fulvii m.

3. Consilii vitæque. Sic habet cod. Tornæi, vulg. consilii vitæque.

4. Hoc affisimo. Vulg. confisimo.

5. Non sunt jam ad medicinam, sed ad. Hæc est Tornæiani, Craselli, & Decur. scriptura: vulg. non sunt jam m. ad quam ad. &c.

6. Brundisii. Hæc epistola in Decuriato sinebatur eadem voce, quæ & sequens inchoabatur, hoc modo, Dat. prid. Kal. Maj. Brundisii. CICERO ATTICO, Brundisii proficiscens, scripseram ad te: quæ scripturam laudar Iunius, sed sequentem epistolam paulo aliter inchoat; & nempe Brundisii proficiscens scripseram.

7. Magno opere. Alii magnopere.

8. A. Idib. Scripti Bostius ita ex Tornæi, Decur. & Craselli. & ex

9. Decuriato, postulatorem, quod & coniecit Manutius Lambinus,

10. A. Idib. Scripsi Bostius ita ex Tornæi, Decur. & Craselli. & ex

11. Decuriato, postulatorem, quod & coniecit Manutius Lambinus,

12. Non tantum ego impendere video. Hæc est m. lectio: à vulg. im-

13. Putarim. Vulg. putarim.

14. Kalend. Jun. Ita Bessarionis liber, vulg. Kal. Mæjæ, quod impro-

15. Avelleretur. Vulg. avelleretur.

16. A Pompejo nunc. Iunio placet emendatio viri docti Gimi, quam

17. Sed tecum hæc coram agemus. Victorius addidit, sed ita me hæc omnia

18. Sed tecum hæc coram agemus. Victorius addidit, sed ita me hæc omnia

9. Sed hæc est pridie. Hæc non legitur in Vulg.

10. Phæris libertus eum. Hæc tria verba, cum antea conjunctim le-

gerentur, pr. m. dividit Victorius.

11. Tryphonem Cæciliam non vidi. Germani, teste Victorio scribunt,

Tryphonem Cæciliam non videntem vidi.

12. Non tantum ego impendere video. Hæc est m. lectio: à vulg. im-

pendere abest.

13. Putarim. Vulg. putarim.

14. Kalend. Jun. Ita Bessarionis liber, vulg. Kal. Mæjæ, quod impro-

bat Manutius.

15. Avelleretur. Vulg. avelleretur.

16. A Pompejo nunc. Iunio placet emendatio viri docti Gimi, quam

Fulvius refert, ad Pompejum mitte, Hortensium, A. Idib.

17. Sed tecum hæc coram agemus. Victorius addidit, sed ita me hæc omnia

18. Sed tecum hæc coram agemus. Victorius addidit, sed ita me hæc omnia

D. Firmo

speras, sustinebimus nos, & spe, qua jubes, nitentur. sin, ut mihi videntur, i firma sunt; quod 2 optimo genere facere non licuit, minus idoneo fiet. Terentia tibi saepe agit gratias. 3 Mihi etiam unum de malis in metu est, fratris mihi negotium; quod, si sciam, cujusmodi sit; sciam, quid agendum mihi sit. Me etiam nunc illorum beneficiorum, & litterarum expectatio, ut tibi placet, Thessalonica tenet. si quid erit novi allatum, sciam de reliquo quid agendum sit. Tu si, ut scribis, KAL. Jun. Roma profectus es, propediem nos videbis. Litteras, quas ad Pompejum scripsi, tibi misi. Dat. Id. Jun. Thessalonica.

CICERO ATTICO, S.

10 **A**CTA quae essent usque ad VII. KAL. Jun. cognovi ex tuis litteris. reliqua expectabam, 4 ut tibi placebat, Thessalonica: quibus allatis, facilius statuere potero ubi sim nam, si erit causa, si quid agatur, si spem videro, aut ibidem operari, aut me ad te conferam: sin ut tu scribis, ista evanuerint, aliquid aliud videbimus. omnino adhuc nihil mihi significatis, nisi discordiam istorum; quae tamen inter eos de omnibus potius rebus est, quam de me. itaque, quid ea mihi proferat, nescio. sed tamen, quod me vos sperare vultis, vobis obtemperabo. Nam quod me tam saepe, & tam vehementer objurgas, & animo infirmo esse dicis: quaeso, equod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? & equis unquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus, ingenii, consilii, gratia, tantis praesidiis bonorum omnium concidit? possum oblivisci, quid fuerim? non sentire, qui sim? quo caream honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego (ut novum calamitatis genus attendas) cum pluris facerem, quam me ipsum, semperque fecissem, vitavi; ne viderem; ne aut illius luctum, squaloremque aspicerem, aut me, quem ille floridissimum reliquerat, perditum illi, afflictumque offerrem. Mitto cetera intolerabilia. etenim stetu impediatur. Hic utrum tandem sum accusandus, quod doleo; an, quod commisi, ut haec aut non retinerem, (quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inveniatur) aut certe 6 vivus nunc amitterem? Haec eo scripsi ut potius relevares me, quod facis, quam aut castigatione, aut objurgatione dignum putares: eoq; ad te minus multa scribo, quod & moerore impediatur, & quid expectem istinc, magis habeo, quam quid ipse scribam. quae si erunt allata, faciam te consilii nostri certior. Tu, ut adhuc fecisti, quam plurimis de rebus ad me velim scribas; ut profusus ne quid ignorem. Dat. XI. V. KAL. Quint. Thessalonica.

CICERO ATTICO, S.

11 **M**E & tuae litterae, & quidem boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, & expectatio vestrarum litterarum, & quod tibi ita placuerat, adhuc Thessalonicae tenebant. si accipero litteras, quas expecto; si spes erit ea, quae rumoribus afferebatur; ad te me conferam; si non erit, fa-

ciam te certior, quid egerim. Tu me, ut facis, opera, consilio, gratia juva: consolari jam desine: objurgare vero noli: quod cum facis, ut ego tuum amorem, 7 & dolorem desidero! quem ita adfectum mea zelum esse abitus, & ut te ipsum consolari nemo possit. Quintum fratrem optimum humanissimumque sustenta. Ad me, obsecro, ut omnia certa perscribas. Dat. IV. KAL. Quint.

CICERO ATTICO, S.

12 **T**U quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum, & maxime per Senatum: idemque caput rogationis proponi scribis, quare in Senatu dici nihil liceat, itaque sileatur. Hic tu me accusas, quod me afflictem; cum ita sim afflictus, ut nemo unquam: quod tute intelligis. Spem ostendis secundum comitia, qua ista est, eodem Tribuno pleb. & inimico Consule designato? Percussisti autem me etiam de oratione prolata, cui vulnere, ut scribis, medere, si quid potes. Scripsi equidem 9 olim iratus, quod ille prior scripserat; sed ita compresseram, ut numquam 10 manuram putarem, quo modo exciderit, ut numquam 10 manuram accidit, ut cum eo verbo uno concertarem; & quia scripta mihi videntur negligentius, quam cetera; puto posse probari non esse meam. id. 11 si putas me posse sanari, cures velim; sin plane perii, minus laboro. Ego etiam nunc eodem in loco jaceo, sine sermone ullo, sine cogitatione ulla. Licet tibi, ut scribis, significarim, ut ad me venires 12 Dondone; tamen intelligo 13 te te istuc prodesse, hic ne verbo quidem levare me posse. Non queo plura scribere: nec est, quod scribam; vestra magis expecto. Dat. XVI. KAL. Sext. Thessalonica.

CICERO ATTICO, S.

14 **Q**UOD ad te scripseram, me in Epiro futurum: postea quam extenuari spem nostram, & evanescere vidi, mutavi consilium; nec me Thessalonica commovi, ubi esse 15 statueram, quoad aliquid ad me de eo scriberes, quod proximis litteris scripseras, fore, ut secundum comitia aliquid de nobis in Senatu ageretur; id tibi Pompejum dixisse, qua de re, quoniam comitia habita sunt, itaq; nihil ad me scribis; 16 proinde habeo, ac si scripseras nihil esse, 17 neque temporis non longinqui spe ductum esse, molestam fore. Quem autem motum te videre scripseras, qui nobis utilis fore videretur, eum nuntiant, qui veniunt, nullum fore. In Tribunis pleb. designatis reliqua spes est: quam si expectaro, non erit, quod putes me 18 causa mea, voluntati meorum defuisse. Quod me saepe accusas, cur hunc meum casum tam graviter feram, debes ignorare; cum ita me ad afflictum videas, ut neminem unquam nec videris, nec audieris. nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi vero mens integra est, atque utinam tam in periculo fuisset, cum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelissimisque usus sum; qui, ut me 19 paululum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere & perfidia

1. Firma sunt. Hæc est veterum librorum lectio: Vulg. infirma sunt, quod magis probat Lambinus.
2. Optimo genere. Ita habet antiquus Victorii codex, ita etiam Germani adnotarunt: vulg. optimo tempore.
3. Mihi etiam unum. Iunius è mss. Palat. mihi & unum.
4. Reliqua expectabam. Vulg. reliqua.
5. Equis unquam. Mss. duo Palat. equis unquam eam exemplo à status, in tam, &c.
6. Vivus nunc amitterem. Lambinus ex Tornæsiano vivus non amitterem, sed Bosius monet non pro nunc culpa librorum vitiose scriptum esse: vulg. vivus amitterem.
7. Et dolorem desidero. Fulvio videtur interrogationis nota adscribenda verbo desidero.
8. Ut te ipsum consolari nemo possit. Videtur eidem Fulvio melius, ut est notatum ad oram libri à viro doctissimo, ut praeter se, ipsum consolari nemo possit.
9. Olim iratus. Vulg. olim ei iratus.
10. Manuram. Vulg. emanaturam.
11. Si putas me posse sanari. Lambinus dicit legendum esse libris o-

mnibus invitati, si putas me sanari posse.
12. Dondone. Conjecturam Malasp. legitis Dondone, juvat Decurt. qui habet donec: huic conjecturae etiam adhaeret Lamb. vulg. sidone, Bessar. libere venio si doniam, ut intelligi; unde Manutius conjicit ut ad me venires, idem tamen intelligo: vel, pro sidone, redonendum censet, Syda.
13. Te te istuc prodesse. Desiderabatur hic vocula, res, ante adverbium istuc, quam Bosius ex Scidis & Cresell. in suam locum restituit.
14. Quod ad te. Hæc epistola in editione Lambini est decima & quarta.
15. Statueram. Vulg. constitueram.
16. Proinde habeo. Vulg. perinde.
17. Neque temporis. Ita suspicatur legendum Malasp. pro, neque, cum jus su pacionem confirmant Decurt. & Crusell.
18. Causa mea voluntati. Ita correxit Bosius partim ex conjecturas partim ex mss. qui habebant, me causa mea, voluntati & ei, vulg. me causa mea & voluntati.
19. Paululum. vulg. paulum.

perfidia abuterentur ad exitum meum. nunc, quoniam est Cyzicum nobis eundem, quò rarius ad me littere perferentur, hoc velim diligentius omnia, quæ putatis me scire opus esse, perferibis. Quintum fratrem meum fac diligas: quem ego miser si incolumem relinquo, non me tantum perisse arbitrabor. Dat. Non. Sext.

CICERO ATTICO S.

14 **E**X tuis litteris plenus sum expectatione de Pompejo, quidnam de nobis vellet, aut ostendat comitia enim credo esse habita: quibus absolutis, scribis illi placuisse agi de nobis, si tibi stultus esse videor, qui sperem; facio tuo iussu, et etsi scio te me iis epistolis potius de meas spes solitum esse memorari. nunc velim, mihi plane perferibis, quid videas. scio nos nostris multis peccatis in hanc ærum nam incidisse. ea si qui casus aliqua ex parte correxerint, minus moleste feremus nos vixisse, & adhuc vivere. Ego, propter vix celebritatem, & quotidianam expectationem rerum novarum, non commovi me adhuc Thessalonica. sed jam extrudimur, non à Flancio, (nam is quidem retinet) verum ab ipso loco, minime apposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epirum ideo, ut scripseram et non veni, quòd; subito mihi universi nuntii venerant & litteræ, quare nihil esset necesse quàm proximè Italiam esse, hinc, si aliquid à comitiis audierimus, nos in Asiam convertemus; neque adhuc stabat, quò potissimum: sed scies. Dat. XII. Kal. Sext. Thessalonice.

CICERO ATTICO S.

15 **A**CCEPI id. Sext. quatuor epistolas à te missas; unam, quæ me objurgas, ut sim firmitior; alteram, qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narraffe; tertiam, qua demonstras acta in senatu; quartam de eo, quòd à Varrone scribis tibi esse confirmatum de voluntate Pompeji. Ad primam tibi hoc scribo; me ita dolere, ut non modò à mente non delecter, sed id ipsum doleam, me, tam firma mente ubi utar, & quibuscumque, non habere. nam si tu me uno non sine morore cures, quid me censes, qui & te, & omnibus? & si tu incolumis me requiris; & equo modo à me ipsum incolumitatem desiderari putas? nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus; non soium quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum hoc confirmo, neque tantis bonis esse privatum quemquam, neque in tantas miseras incidisse. dies autem non modò non levat luctum hunc, sed etiam auget. nam ceteri doloris mitigantur vetustate; hic non potest non & sensu præsentis miserie, & recordatione præteritæ vix quotidie augeti, desidero enim non mea solum, neque meos, sed me ipsum, quid enim sum? sed non faciam, ut aut tuum animam angam querelis, aut tuis vulneribus sæpius manus adferam. Nam quòd purgas eos, quos ego mihi scripsi invidisse, & in eis Catonem; ego verò tantum illum puto ab isto scelere abfuisse, ut maxime doleam, plus apud me simul, tionem aliorum, quàm istius si dem, valuisse & ceteros quòd purgas, debent mihi probati esse, tibi si sunt. Sed hæc serò agimus. Crassi libertum nihil

puto sincere locutum. In Senatu rem probè scribis actam, sed quid Curio? an illam orationem non legit? quæ unde sit prolata, nescio. sed 7 Axius, eundem diei scribens ad me acta, non ita laudat Curionem. at potest ille aliquid prætermittere: tu, nisi quòd erat, profectò non scripsisti. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris: atque utinam ipse Tarro incumbat in causam: quòd profectò eam sus sponte, tum te instante facies. ego, si me aliquando vestri & patriæ comporem fortuna fecerit, certè efficiam, ut maxime latere unus ex omnibus amicis; meaque officia, & studia, quæ parum antea luxurans, (fatendum est enim) sic exequar, ut me aque tibi, ac fratri & liberis nostris, restitutum putes. si quid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignosce. in me enim ipsum peccavi vehementius. neque hoc eò scribo, & quòd te non meo casu maximo dolore esse affectum sciam; sed profectò, si, quantum me amas & amasti, tantum amare deberes, ac debuisses, numquam esses passus me, quo tu & abundabas, egere consilio; nec esses passus mihi persuaderi, utile nobis esse legem de collegiis perferri, sed tu tantum lacrimas præbuiti dolori meo, quòd erat ameris, tanquam ipse ego: quòd meritis meis perfectum esse potuit, ut dies & noctes, quid mihi faciendum esset, cogitares, id abs te, meo, non tuo scelere prætermisum est. quòd si non modò tu, sed quisquam fuisset, qui me pompeji minus liberali responso perterritum à turpissimo consilio revocaret, quòd unus tu facere maxime potuisti: 10 aut occubuisse honeste, aut victores hodie viveremus. Hic mihi 11 ignosces. me enim ipsum multo magis accuso; deinde te, quasi me alterum: & simul meæ culpæ socium quæro; 12 ac si restitutor, etiam minus videbimur deliquisse; absteque certè, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Quòd te cum Caleone scribis de privilegio locutum; est aliquid, sed multò est melius abrogari, si enim nemo impedit, 13 quid est firmitus? si enim erit, qui ferri non sinat, idem S. C. intercedet, nec quiequam aliud opus est, quàm abrogari. nam prior lex nos nihil lædebat, quam si, ut est promulgata, laudare voluissimus, aut, ut erat negligenda, negligere; nocere omnino nobis non potuisset. hic mihi 14 primum meum consilium defuit, sed etiam obfuit. cæci, cæci, inquam, sumus in vestitu mutando, in populo rogando, quòd, nisi nominatim mecum agi ceptum esset, fieri perniciosum fuit. sed pergo præterita. verumtamen ob hanc causam, ut, si quid ageretur, legem illam, in qua popularis multa sunt, ne tangaris. verum est stultum, me præcipere, quid agatis, aut quo modo, utinam modò agatur aliquid: 15 in quo ipso multa occultantur tua littera, credo, ne vehementius desperatione perturber, quid enim vides agi posse, aut quo modo? per Senaturne? aut tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in Curia posse fixisse, ne referri, neve dici liceret. quo modo igitur Domitius se dixit relaturum? quo modo autem iis, quos tu scribis, & de re dicentibus, &, ut referretur, postulantibus, Clodius tacuit? 16 ac, si per populum, poterint, nisi de omni

1. Ex tuis.] Est hæc epistola in Lamb. editione est 17.
2. Axius.] Ita ex scidis reposuit Bohnus ut corrigendum putant Malasp. & Lamb. mala spinæ tamen in eo lententiam non probat Bohnus quòd, puto, quoniam, pro paxi, & legendum existimat.
3. Non veni.] Sic legitur Scidæ, Tornæi, & Crusell. editiones habent, in quo non inprobat Bohnus.
4. Subito mihi universi.] Subito habebant s. ff. Bohni. reliqua ex mssian ex coniectura habuit nescio. Vulg. subito mihi adversi.
5. Me objurgasur sim.] Me objurgasur ex: ego ut sim, habent vulgatæ editiones.
6. Equo modo.] Ita ex mss. suis Bohnus; vulg. quemadmodum.
7. Ceteris quòd purgas, debent mihi probati esse tibi si sunt.] Sic mss. Bohni; quòd de Tornæi. etiam restatur Lamb. qui tamen mavult, debent mihi purgari esse. Vulg. ceteri, quòd purgas debent mihi purgari esse.
8. Axius.] Fulvius, & Iunius, legunt Axius, ex aumnis & lapidibus antiquis.
9. Quod est.] Vulg. quæstio.

10. Abundabas.] Vulg.
11. Aut occubuisse honeste.] Hoc membrum cum in margine codicis sui reperisset Victorius, dubitanter reposuit, desideratum autem in plurimis codd. & præsertim in Tornæi.
12. Ignosces.] Vulg. ignosce.
13. Ac si restitutor etiam.] Ac abest à vulg. Iunius ex mss. Pal. legitur, si restitutor etiam, &c.
14. Quòd est firmius?] Sic Scidæ Tornæi, & Crusell. quam lætionem etiam probat Lambinus. Vulgati libri, si est firmius.
15. Primum meum consilium non meo consilium.] Restitutio hæc est Victorii ex mss. antiqui fide. prius erat primum non meo consilium.
16. In quo ipso.] Tres hæc voces, in quo ipso, reposuit Bohnus ex Dec. Crusell. & Tornæi. quondam extolli habebant in quo ipso subiecti; quòd noxlexit Victorius. in suo enim antiquo ejus loci tantum erat, quo ipso, atque id quidem delectum & obiectum.
17. Ac si per.] Vulg. ac si per populum.

omnium Tribunalium pleb. sententia? quid de bonis? quid de domo? poteritne restitui? aut, si non poterit, egomet quo modo potero? hæc nisi vides expediri, quam in spem me vocas? 1. Sin autem spei nihil est, quæ est mihi vita? itaque exspecto Thesalonica acta Kal. Sext. ex quibus statuam, in tuosne agros confugiam, ut neque videam homines, quos nolim; & te, ut scribis, videam; & propius sim, si quid agatur; idque intellexi cum tibi, tum Quinto fratri placere; an abeam Cyzicum. Nunc, Pomponi, quoniam nihil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse consilii decretas, aut te nihil plus mihi debere, quam ut præsto esses, 2. quoniamque ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi; totam Italiam, in me erectam ad me defendendum, desitui & reliqui; 3. me, meos, meis tradidi inimicis, inspectante & tacente te; qui si non plus ingenio valebas, quam ego, certe timebas minus: si potes, erige adstrictos, & in eo nos iuva: sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac ut sciamus: & nos aliquando aut objurgare, aut comiter consolari desine. Ego si tuam fidem accusaverim; non me potissimum tuis rebus crederem: meam amentiam accuso, 4. quod à te tantum amari, quantum ego vellem, putavi: quod si fuisset, fidem eandem, curam majorem adhibuisses; me certe ad exivium præcipitamentum retinuisses; istos labores, quos nunc in naufragiis nostris inscipis, non subsisses. quare fac, ut omnia ad me perspecta & explorata perscribas; meque ut facis, velis esse aliquem; quoniam, qui fui, & qui esse potui, jam esse non possum; 5. & ut his litteris non te, sed me ipsum à me esse accusatum putes. Si qui erunt, quibus pures opus esse meo nomine litteras dari, velim perscribas, cureque dandas. Dat. XIV. Kal. Sept.

CICERO ATTICO, S.

TOTUM iter mihi incertum facit exspectatio & litterarum nostrarum Kal. Sext. datarum, 7 non aliquid, 8 si spes erit, Epirum, 9 in minus, Cyzicum, aut aliud quid sequemur, tuæ quidem litteræ, quæ sæpius à me leguntur, 10 hoc spem faciunt minorei; quod cum lectæ sunt, tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant; ut facile appareat, te & consolationi servire & veritati; 11 idque te rogo plane, ut ad me, quæ 12 scis, ut erunt; quæ putabis, 13 ita scribas, ut putabis. Dat. XII. Kal. Sept.

CICERO ATTICO, S.

DE Quinto fratre nuntii nobis tristes, nec varii veniant ex ante diem NON. Jun. usque ad prid. Kal. Sept. eo autem die 14 Levineus, M. Reguli libertus ad me à Regulo missus venit. is omnino mentionem nullam factam esse nuntiavit: sed fuisse tamen sermonem de C. Clodii

filio, isque mihi tum à fratre litteras attulit. sed postmodum 15 Sextii pueri venerunt, qui à te litteras attulerunt, non tam exploratas à timore, quam sermo Levineus fuerat. sanè sum in meo infinito mœnore sollicitus, & eò magis, quod 16 Appii Quæstio est. Cetera, quæ ad me eisdem litteris scribis de nostra spe, intelligi esse languidiora, quam alii ostendunt. ego autem, quoniam non longe ab eo tempore absumus, in quo res dijudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. Scribit ad me frater, omnia sua per te unum sustineri. quid te aut horret? quod facis; aut agam gratias, quod non exspectas? tantum velim, fortuna det nobis potestatem, ut incolumes amore nostro pertrasmur. Tuas litteras semper maxime exspecto: 17 in quibus cave vereri, ne aut diligentia tua mihi molestâ, aut veritas æcerba sit. Dat. prid. NON. Septemb.

CICERO ATTICO, S.

EXSPECTATIONEM nobis non parvam attuleras, cum scripturas, Varroem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompejum certè suscepturum: & simul à Casare ei litteræ, quas exspectare remissæ essent, 18 actorem etiam darium. utrum id nihil fuit, an averlatæ sunt Casaris litteræ? an est aliquid in spe? etiam illud scripseras, eundem, secundum comitia, dixisse. fac (si vides, quantis in malis jaceam, & si putas esse humanitatis tuæ) me fac de tota causa nostra certiore. nam Quintus frater, homo miser, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena metuens, credo, defectionem animi mei. tuæ autem litteræ sunt variæ. neque enim me desperare vis, nec temerè sperare. fac obsecro te, ut omnia, quæ 19 perspicia te possunt, sciamus.

CICERO ATTICO, S.

QUOD ejusmodi mihi litteræ à vobis adferebantur, 20 ut aliquid ex iis esset exspectandum; spe & cupiditate Thesalonica 21 retentus sum: postea quàm omnis actio hujus anni confecta nobis videbatur, in Asiam ire nolui: quod & celebrata mihi odio est: & si fieret aliquid à novis magistratibus, abesse longè volebam. itaque in Epirum ad te statui me conferre; 2 non quod mea interesset loci natura, qui lucem omnino fugerem; 23 sed & ad salutem libentissimè ex tuo portu proficiscar: & si ea præfisa erit, nusquam facilius hanc miserissimam vitam vel sustentabo, vel, quod multo est melius, abjicero. ero cum paucis; multitudinem dimittam. Me tuæ litteræ numquam in tantam spem adduxerunt, quantum aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quàm tuæ litteræ. sed tamen, quoniam cœptum est, 24 ego, quoquo modo cœptum est, & quacumque de causa, non deferam neque optimi,

1. Sin autem.) Si autem habent alii.
 2. Quoniamque ego proditus.) Ita Bos. mss. Victoriana editio, quoniam ego proditus. vulg. quandquidem ego, &c.
 3. Nis me, me.) Ex plerisque suis ita Bos à vulgatis abest, meos.
 4. Quod à te tantum amari.) Vulg. quod me à te.
 5. Et ut his litteris.) Ante copulativam & τελευτα πινυνη ponitur à Lonio.
 6. Litterarum nostrarum.) Vulg. tuarum.
 7. Non aliquid aliquid.) Totum hoc abest à libro mss. Vrsinis & rectè, ut opinatur.
 8. Si spes erit.) Vrsinus & Junius ex vetere libro legunt, nam si spes erit.
 9. Si minus.) Vulg. si minus.
 10. Hoc spem faciunt minorem; quod cum lectæ sunt.) Ita mss. Bosii, nisi quod in Tornæ. lecta, culpa librarii exaratum est, quæ lectio tamen non displicet Lambino; etiam si cum Cerrado sic se legere dicit, ut Bosius. Vulg. spem faciunt mihi minorem, quàm cum lectæ sunt; quæ & est eod. Fulvianus scripturam de illo conjicit, nam cum lecta.
 11. Idque te rogo.) Lectis, ni fallor, est matia ex vetere illa mss. Fulvianis, id quod antea erat, itaque.
 12. Sic.) Vrsini liber scripsit.
 13. Ita scribas, ut putabis.) Duo hæc postrema vocabula ex mss. addidit Bosius.

14. Levineus.) Ita Bos. mss. Levineus placuit Manutio & Victorio; & paulo post Manutius legit, L. Reguli, non M. Victorius dubius est & notat M. abesse ab editione Germanorum, sed retineri in suo antiquiore: Vulg. Livinus, ut & infra, Livius, ubi nosse Levineus.
 15. Sextii.) Vulg. semper, Sextii.
 16. Appii Quæstio.) Ita Manutius, Bosius, Lambinus ex mss. Victorius ex suo meliore, quem Cavalantis librum esse arbitror spectis legit.
 17. In quibus cave vereri ne aus.) Ita omnes Bosii mss. uno excepto, eod. Memmiani habent, cave ne aut dilig. mihi molestia aut variis acrobatis: Manutius conjicit, cave suspicatus aus, cave timeas; Vrsino autem ex vetere libro, in quo est, cave, cave, ne aus videtur legendum, cave caveas, ne aus, &c.
 18. Actorem etiam darium.) Ita Scidæ & Crusell. ut ex Tornasiano Lambinus emendavit: vulg. autorem.
 19. Perspicia.) Vulg. prospici.
 20. Quæd.) Vulg. quæd.
 21. Recurrens sum.) Vulg. deterratus sum.
 22. Non quæ mea interesset loci natura.) Vocem, natura, delendam censetab Færnus.
 23. Sed & ad salutem.) Vulg. sed, ut & paulo post, aus, si ea, pro eo, quod in nostro est; & si ea.
 24. Ego quoquo modo.) Vulg. ego quoquo modo.

stima, atque unici fratris miseram ac luctuosam precem; nec Sestii, ceterorumque promissa; nec spem arduissimam mulieris Terentiae; nec miseram mulieris Tallioz obsecrationem, & fideles litteras tuas. mihi Epirus aut iter ad salutem dabit; aut quod scripti supra, te oro & obsecro. T. Pomponi, si me omnibus amplissimis, carissimis, iucundissimisque rebus perfidia hominum spoliatum; si me à meis consiliariis proditum & proiecsum vides; si intelligis me coactum, ut ipse me, & meos perderem; ut me tua misericordia iuves: & Quincum fratrem, qui potest esse saluus, sustentes: Terentiam, liberolque meos tueare; me, si putas te istis visuram, expedes; si minus, invisas, si potes, & mihique ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupati potest; & pueros ad me cum litteris quamprimum, & quam sapissimè mittas. Dat. XVI. KAL. Octob.

CICERO S. D. Q. CÆCILIO Q. F. POMPO-
NIANO ATTICO.

20 Quod quidem ita esse, & avunculum tuum sanctum esse officio, vehementissimè probo: gaudere me tum dicam, si mihi hoc verbo licebit uti. Me miserum, quàm omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non desisset: quæ colligere nolo, ne augeam merorem. sed tibi venire in mentem certe scio, quæ vita esset nostra, quæ suavitas, quæ dignitas, ad quæ recuperanda per fortunam incumbere, ut facis, diemque natalem rediis mei, cura, ut in tuis ædibus amoenissimis agam tecum & cum meis. Ego huc spei & expectationi, quæ nobis proponitur, & maximè tamen volui præstari apud te in Epiro: sed ita ad me scribitur, ut putem esse commodius, nos eisdem in locis esse. De domo & Curionis oratione, ut scribis, ita est, in universa salute, si ea modo nobis restitueretur, inerunt omnia; ex quibus nihil malo, quod domum. sed tibi nihil mando nominatim: totum me tuæ amori fideique commendo. Quod te, in tanta hereditate, ab omni occupatione expedisti, valde mihi gratum est. Quod facultates tuas ad meam salutem polliceris, ut omnibus rebus à te præter ceteros iuver: id quantum sit præsidium, video; intelligoque, te multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere: neque, & ut tu facias, rogandum esse. Quod me veras quicquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus à me erga te commissum, aut prætermisum videretur, geram tibi merorem, & liberabor ista cura: tibi tamen eo plus debeo, quod tua in me humanitas fuerit excellentior, quàm in te mea. Velim, quid videas, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas: & tuosque omnes ad nostram salutem adhortere. Rogatio Sestii neque dignitatis satis habet, nec cautionis, nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentius scribi: & id animadvertere velim. Dat. IV. NON. Octob. Thessalonica.

CICERO ATTICO, S.

21 TRIGINTA dies erant ipsi, cum has dabam litteras, per quos nullas à vobis acceperam, mihi autem erat in animo, jam, ut antea ad te scripsi, ire in Epirum: & ibi omnem casum potissimum expectare. Te oro, ut, si quid erit, quod perspicias, quamcumque in partem, quam planissimè ad me scribas: & meo nomine, ut scribis, litteras, quibus putabis opus, esse, ut des. Dat. V. KAL. Novemb.

CICERO ATTICO, S.

Esse diligenter ad me Quintus frater & Piso, quæ essent a me scripserant: tamen vellem, tua te occupatio non impedisset, quo minus, ut consuevi, ad me, quid ageretur & quid intelligeres, perscriberes. Me adhuc Plancius libertate sua retinet, jam aliquoties conatum ire in Epirum. spes homini est injecta, non eadem, quæ mihi, posse nos unà decedere: quam rem tibi magno honore sperat tunc sed jam, cum adventare milites dicentur, faciendum nobis erit, ut ab eo discedamus, quod cum facimus, ad te statim mittemus; ut scias, ubi sumus. Lentulus suo in nos officio, quod & te, & promissis, & litteris declarat, spem nobis non nullam avertit Pompei voluntatis. sæpe enim tu ad me scripsisti, eum totum esse in illius potestate. De Metello scripsit ad me frater quantum speraret, & profectum esse per te. Mi Pomponi pugna, ut tecum & cum meis mihi liceat vivere; & scribe ad me omnia premor cum luctu, tum desiderio meorum omnium, tum eorum, qui mihi me cariores semper fuerunt. Cura, ut valeas. Ego, quod, per Thessaliam si irem in Epirum, perditu nihil eram auditurus, & quod mei studiosos habeo Dyrachinos, ad eos perrexi, cum illa superiora Thessalonica scripsissem, inde cum ad te me convertam, faciam ut scias, tuque ad me velim omnia quam diligentissimè, & cuiusmodi sunt, scribas. ego jam aut rem, aut ne spem quidem exspecto. Dat. VI. KAL. Decemb. Dyrachii.

CICERO ATTICO, S.

22 D. V. KAL. Decemb. tres epistolas à te accepi; & unam datam A. D. VIII. KAL. Novemb. in qua me hortaris, ut forti animo mensẽ Januarium expectem: caque, quæ ad spem putas pertinere, de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompei ratione, perscribis, in altera epistola, præter consuetudinem tuam, diem non adscribis: sed satis significas tempus, lege enim ab octo Tribunis pleb. promulgata, scribis te eas litteras eo ipso die dedisse, id est A. D. IV. KAL. Novemb. & quid partes utilitatis eam promulgationem attulisse, scribis, in quo & si jam hæc nostra salus, cum hac lege desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam, miserabilem potius, quàm ineptam, putes: si est aliquid spei, des operam, ut maiore diligentia post hæc à nostris magistratibus defendamur namea veterum Tribunorum pleb. rogatio tria capita habuit; unum de reditu meo, scriptum incaute, nihil enim restituitur, præter civitatem & ordinem: quod mihi pro meo casu satis est, sed, quæ cavenda fuerint, & quo modo, te non fugit alterum caput est tralutium de impunitate, si quid contra alias leges eius legis ergo factum sit, tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & à quo sit inculcatam, vide, scis enim Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset nec per Senatum, nec per populum infirmari sua lex, sed vides, nunquam esse observatas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur, nam si id esset, nulla ferè abrogari posset: (neque enim ulla est, quæ non ipsa se sapiat difficultate abrogationis) sed, cum lex abrogatur, 10 illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat hoc cum te vera ita sit; cum semper ita habitum observatumque sit, octo nostri Tribuni pleb. caput posuerunt hoc: SI QUID IN HAC ROGATIONE SCRIPTUM EST, QVOD PER LEGES, PLEB.

1. T. Pomponi.) Addidit Bosius prænomen T. ex suis mss. cum abesse videtur.
2. Mihi que ex agro tuo.) Hic operæ miserant olim vocantur.
3. Maxime tamen.) Petros Faber legebat, maxime ante, &c.
4. Vis tu, facias.) Vulg. ut ita facias.
5. Tuisque omnia.) Vulg. ut nosque: & vox, ut, abesse.
6. Profectum esse per te.) Profectum est in antiquo Ursini pro profectum.
7. Desiderio meorum.) Ad hæc lectionem quæ est mss. Bosii proximè

accessit Faber legens, tam desiderio omnium eorum; qui mihi, vulg. tam desiderio omnium eorum quæ mihi cariores semper fuerant.
8. Cuiusmodi.) Hæc est & mss. exemplaribus, Victorii emendatio; prius legebatur, cuiusmodi.
9. Si jam hæc nostra.) Vulg. si riam.
10. Illud ipsum abrogatur.) Quod ex conjectura emendavit Malaspina, id Bosius auctoribus mss. in quibus manifestè scriptum erat, abrogatur, & quæ istis pro abrogatur, legebat, rogatur.

PLEB. VESC. HOC EST, QUOD PER LEGEM CLODIAM PROMVLGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE S. F. SVA NON LICET, NON LICVERIT; 1 QVODVE EI QVI PROMVLGAVIT, ABROGAVIT, DEROGAVIT, OBROGAVIT, OB EAM REM PŒNÆ, MVLTAEVE SIT 2 E. H. L. N. R. atque hoc in illis Tribunis pleb. non lae- bat. lege enim collegii sui non tenebantur; quo major est suspicio maliciæ alicujus; cum id, quod ad ipsos nihil pertinebat, erat autem contra me, scripserunt: ut novi Tribuni pleb. si essent timidiore, multo magis sibi eo capite utendum putarent. neque id à Clodio prætermisum est. dixit enim in concione A. D. 111 Non. Nov. hoc capite designatis Tribunis pleb. præscriptum esse, quid liceret: tamen, in lege nulla esse ejusmodi caput, te non fallit. quod si opus esset, omnes in abrogando uterentur. 3 Ut Ninnium, aut ceteros fugerit, investiges, velim: & quis attulerit; & quare octo Tribuni pleb. ad Senatum de me referre non dubitarint; 4 (sine quod observandum illud caput non putabant) iidem in abrogando tam 5 cauti fuerint ut id metuere, soluti cum essent; quod ne iis quidem, qui lege tenentur, est curandum. id caput sanè nolum novos Tribunos pleb. ferre: sed perferant, modo quidlibet. uno capite, quo revocabor, (modo res conficiatur) ero contentus. Jam dudum pudet tam multa scribere. vereor enim, ne re jam desperata legas; ut hæc mea diligentia miserabilis tibi, aliis irridenda videatur. sed si est aliquid in spe, vide legem, quam T. Fadio 6 scripsit Visellius: ea mihi perplacet. nam Sextii nostri, quam tu tibi probari scribis, mihi non placet. Tertia est epistola prid. 1d. Novemb. data: in qua exponis prudenter & diligenter, quæ sint; quæ rem distingere videantur, de Crasso, de Pompejo, de ceteris. quare oro te, ut, si qua spes erit, posse studiis bonorum, auctoritate, multitudine comparata rem confici, des operam, ut uno impetu perfringatur, in eam rem incumbas, ceterosque excites. sin, ut ego perspicio cum tua conjectura, tum etiam mea, (spei nihil est; oro obtestorque te, ut Quintum fratrem ames, quem ego miserum miserè perdidisti; neve quid eum pati graveius consulere de se, quàm expediat fororis tuæ filio; meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter invidiam & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris; Terentiam, unam omnium ærumosissimam, sustentens tuis officiis. Ego in Epirum proficiscar, cum primorum dierum nuntios excepero. Tu ad me, velim, proximis litteris, ut se initia dederint, per scribas. Dat. prid. Kal. Decemb.

CICERO ATTICO, S.

24 ANTEA, cum ad me scripsissetis, vestro consensu 7 Consul provincias ornatas esse; etsi verebar, quorsum id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando vidissete prudentius: posteaquam mihi & dictum est, & scriptum, vehementer consilium vestrum reprehendi, sum

graviter commotus; quod illa ipsa spes exigua, quæ erat, videtur esse sublata, nam si Tribuni pleb. nobis succentent, quæ potest spes esse? ac videntur jure succentere: cum & expertes consilii fuerint, qui causam nostram susceperant; & nostra concessione omnem vim sui juris amisserint: præsertim cum ita dicant, se nostra causa voluisse suam potestatem esse de Consulibus ornandis, non ut eos impedirent, sed ut ad nostram causam adjungerent. nunc si Consules à nobis alieniores esse velint, posse id liberè facere; sin vellent nostra causa, nihil posse invitis. Nam quod scribis; ni ita nobis placuisset, illos hoc idem per populum assecuturos fuisse; invitis Tribunis pleb. fieri nullo modo potuit, ita vereor, ne & studia Tribunorum amiserimus: & si studia maneat, vinculum illud adjungendum Consulibus amissum sit. Accedit aliud non parvum incommodum, quod gravis illa opinio, ut quidem ad nos perferre Senatum nihil decernere ante, quàm de nobis actum esset, amissa esse; 8 præsertim in ea causa, quæ non modo necessaria non fuit, sed etiam inusitata ac nova: neque enim unquam arbitrator ornatas esse provincias designatorum; ut, cum in hoc illa constantia, quæ erat mea causa suscepta, 9 imminuta sit, nihil jam possit non decerni. 10 iis, ad quos relatum est, amicis placuisse, 11 non mirum est. erat enim difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum consulum palam sententiam diseres. fuit omnino difficile non obsequi, vel amicissimo homini, Lentulo, vel Metello, qui similitatem humanissimè deponeret. sed vereor, 12 nec hos tamen tenere poterimus; Tribunos pleb. amiserimus. hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas; & ita, ut instituti, nam ista VERITAS, etiam si jucunda non est, mihi aamen grata est. Dat. xv. Id. Decemb.

CICERO ATTICO, S.

POST 13 tuum à me discessum litteræ mihi Roma alla- 15 te sunt: ex quibus 14 perspicio nobis in hac calamitate tabescendum esse: neque enim, (sed bonam in partem accipies) si ulla spes 15 salutis nostræ subesset, tu pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses. sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscum unà interire videamur, hoc omitto. illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante Kal. JAN. ubicumque erimus, sistas.

CICERO ATTICO, S.

LITTERÆ mihi à Quinto fratre cum S. C. quod de me, 26 est factum, allatae sunt. mihi in animo est, legum lationem expectare; & si obtrectabitur, utar auctoritate Senatus, & POTIVS vita, quàm patria, carebo. Tu, quæsi, festina ad nos venire.

CICERO ATTICO, S.

EX tuis litteris, & ex rei ipsa nos funditus perisse video: 27 Te oro, ut, quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miseris ne desis. ego te, ut scribis, 16 citò videbo.

M. TVL-

1. Quædæm it. Hæc est Man. conjectura (pro eo quod erat antea, quod, vel qui) & Dec. lectio: qua restituntur duæ illæ voces, abrogare, & obrogare.
 2. E. H. L. N. R. Ita primus emendavit Anton. August. quem secuti sunt postea Faërus, Manutius, Vesinus, & Lambinus.
 3. Ut Ninnium. Victorius & alii eum sequuti, ita restituerunt. Vulg. Ninnium, vel Ninnium.
 4. Sine quod observandum. Hujus ulceris curatio, debetur Decur. Junius laudat & mis. suos sermè ei respondere ait; tantum adhibet voculam ai, post verbum præbant, vulg. spe quod. unde Manutius corrigebat, si enim quod, quam correctionem sequitur Lambinus: sed pro-romini iidem præponit ad verbum eum.
 5. Cauti fuerint. Vulg. fuerunt.
 6. Scripsit Visellius. Abest à Decur. nota 7. & Manutius antea con-

jecerat legendum 6. Visellius, non T. Visellius.
 7. Coss. provincias. Sic omnes mss. Palatini: vulg. Consulatus.
 8. Praesertim in ea causa. Vocem, in, expungi velle Junius.
 9. Inimicitia sit. Inimicitia sit habent veteres libri Vriani & ita leges bat Faërus.
 10. Ut ad quor. Vulg. jam hic ad quor.
 11. Mirum est. Vulg. mirum sit.
 12. Ne hoc tamen tenuerit. Vulg. ne hoc cum tenuerit.
 13. Tuum à me discessum. Suspiciat Manutius abundare, à me.
 14. Perspicio. Vulg. perspicio.
 15. Salutis nostræ. Salutis nostræ est in vulg.
 16. Citò videbo. Junius cum vulgo hic servari mali verba quæ in Tornesii aliisque desunt, plura non scribit, quæ ut valent.